

17

18

29

30

31

32

33

34

8007.

1779, 46.

13

DISSERTATIO IVRIDICA
DE
CVLPA AB HEREDIBVS
TVTORVM CVRATORVMVE
TAM EX FACTO TVTORIS, QVAM
EX FACTO PROPRIO CONVENTIS,
PRAESTANDA.

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO
COD. P. P. O. ECCLES. CATHEDR. MERSEB. CAPITVL. CVRIA
IN PROVINCIA SUPREM. ASSESSORE NEC NON FACVLT. IVRID.
SENIORE ET ACADEM. DECEMV.

PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE
CAPESSENDIS HONORIBVS

A. D. IX. SEPTEMBR. MDCCCLXXIX.

H. L. Q. C.

DEFENDET

A V C T O R

ANDREAS GOTTLIEB HARTMANN
BVDISSAS.

LIPSIAE

EX OFFICINA LOEPERIA

ДОМІНО НІЧЕСЬКА
СІЛВІЯ СІЛВІЯ СІЛВІЯ
СІЛВІЯ СІЛВІЯ СІЛВІЯ
СІЛВІЯ СІЛВІЯ СІЛВІЯ

ДОМІНО НІЧЕСЬКА
СІЛВІЯ СІЛВІЯ СІЛВІЯ
СІЛВІЯ СІЛВІЯ СІЛВІЯ
СІЛВІЯ СІЛВІЯ СІЛВІЯ

ДОМІНО НІЧЕСЬКА
СІЛВІЯ СІЛВІЯ СІЛВІЯ
СІЛВІЯ СІЛВІЯ СІЛВІЯ
СІЛВІЯ СІЛВІЯ СІЛВІЯ

ДОМІНО НІЧЕСЬКА
СІЛВІЯ СІЛВІЯ СІЛВІЯ
СІЛВІЯ СІЛВІЯ СІЛВІЯ
СІЛВІЯ СІЛВІЯ СІЛВІЯ

ДОМІНО НІЧЕСЬКА
СІЛВІЯ СІЛВІЯ СІЛВІЯ
СІЛВІЯ СІЛВІЯ СІЛВІЯ
СІЛВІЯ СІЛВІЯ СІЛВІЯ

ДОМІНО НІЧЕСЬКА
СІЛВІЯ СІЛВІЯ СІЛВІЯ
СІЛВІЯ СІЛВІЯ СІЛВІЯ
СІЛВІЯ СІЛВІЯ СІЛВІЯ

V I R O

EXCELENTISSIMO AC CONSVLTISSIMO

**MAVRITIO WOLFGANG
V L R I C I**

DOMINO IN NIEDERTOPPSTEDT

CANCELLAR FORSTA PFOERTENS CONSILIARIO
AC CONSISTORIAL



CAP. I.

DE CULPA, EIVSQUE PRAESTATIONE IN GENERE.

§. I.

Nullum obtineri posse finem, nisi media ad istum ducentia adhibeantur, ex ipsa rerum natura perspicuum est. *Diligentis* nomen tribui solet illi, qui adhibet ista media, quibus propositum adsequi possit finem, quem *nigligentis* contra nomen sortiatur is, qui de illis adhibendis adeo sollicitus haud sit. Est igitur *nigligentia* defectus debitae diligentiae, cui leges nostrae *culpae* dederunt nomen.

A 2

§. II.

IV

§. II.

Plura ad unum eundemque finem obtainendum dari possunt media. Possunt igitur certi diligentiae pariter, ac negligentiae cogitari gradus. Quo plura enim quis adhibet media, scopo suo conuenientia, eo diligentior vocari meretur, et quo parcior in eorum visu reperitur, eo negligentioris incurrit notam.

§. III.

Multi igitur, tantum non infiniti dantur diligentiae ac negligentiae gradus, quos tamen ad trium modo, ut in dirimendis litibus circa hanc materiam oriundis, certa quaedam norma sit, leges restrinxerunt numerum, diligentiamque in maximam, medianam, ac minimam; culpamque in latam, leuem, et levissimam diuidere placuit.

§. IV.

Plurimi dantur fines, ad quos obtainendos iuris pactorumque obligamur vi, in quibus adsequendis, qui negligentior inueniatur, culpamque committat, non est dubitandum, quia ad praestandam eam teneatur, in quantum scilicet obligationi suae conuenienter haud egerit, quod vel ex ipsis legis naturalis principiis patet, quippe quae neminem qualicunque modo laedendum permittunt.

§. V.

Plures autem, quum in uno eodemque negotio diligentiae culpaque existant gradus, nec eadem negotiorum humanorum sit natura, ita scilicet, ut ad aequalem in omnibus indistincte adhibendam diligentiam obligati simus, ideoque nec ad omnem cuiuscunque generis, culpam alteri

teri praestandam teneamur: necesse fuit legislatoribus, accuratius paulo inquirere in indolem atque naturam cuiuslibet negotii, et quaenam in quolibet adhibenda diligentiae species? quae culpa praestanda? certis complecti regulis.

§. VI.

Quibus praemissis per se patere crediderim, culpae praestationem sine obligatione aliqua ad aliquid faciendum vel omitendum nullam esse. Nemini enim, nisi laeso resarcire damna ex laesione nostra oriunda, iubemur; laesus autem dici non poterit, cui ad nihil nec committendum nec omittendum obligati fuimus. Pro huius igitur obligationis gradu et culpae gradus, eiusque praestatio diiudicanda erunt.

§. VII.

Obligationum aliae ex lege, aliae ex contractibus effici solent. Vtrique obligationum generi conuenienter viuendum, ni culpae incurere velimus notam. Mitto tamen primam earum, ex legibus videlicet proficiscentium, speciem, et qualis in illis adhibenda sit diligentia? qualis resarcienda culpa? hoc loco disponere non est in animo. Delicti enim nomine tenetur, qui contra obligationem agit, quam leges naturales sint, sive ciuiles, ipsi impo- fuerunt, eaque magis ad ius criminale spectat commentatio. Non tamen silentio omittenda est quaestio, vtrum in delictis culparum gradus habeant locum. Non deficiunt, quibus sententia negativa placet, eamque opinionem fouent, quod in delictis quelibet culpa sit atten- denda, quapropter Ludouicus in doctrina Pandectarum Titl. IX. §. 2. in Lege Aquilia, leuissimam culpam praefari debere adserit. Sed minus recte id dictum esse adfir-

VI

marem. Distinguendum etenim est, an ad interesse ciuale, an ad poenam infligendam agatur. In priori casu quatenus interesse priuatum petimus, nulli culparum gradus in considerationem veniunt, potius quelibet culpa etiam leuissima stringit laeden tem, ast si de poena infligenda mouetur quaestio, vtique ad gradum respiciendum, et secundum illum poena dictanda est, cum poena semper proportionata esse debeat delicto, quod legibus naturalibus pariter ac ciuilibus omni ex parte conueniens, et etiam Practicorum auctoritate confirmatur. a)

§. VIII.

Cum contractibus igitur nobis res erit, et quaenam in singulis eorum praestanda sit culpa? generalibus quibusdam, satisque notis commonstrabimus praeceptis. Generalibus, inquam; quia de *Culpa*, quae ab heredibus tutorum curatorumque praestanda sit, disputaturo, non omnem contractuum emetiri licet campum. Praemitenda tamen quaedam de praestatione culpae in genere videntur, quo maior lux materiae adfundatur nostrae. Normae autem loco in ista re haberit solent.

l. 5. §. 2. π. Commod. et

l. 23. π. de R. I.

Quae tamen non omni carent obscuritate, quum iCt variis in hac doctrina terminis vti sint, eamque ideo satis obstructam effecerint, vti optime a Boehmero in Comp. Pand. ad tit. Commod. adnotatum est. Patet tamen ex prima allegatarum legum, praestationem culpae pro modo perceptae utilitatis diiudicandam esse, et distinguamus tamen inter contractus, qui praestationem rei, et illos,

a) Illustr. Hommel Obs. CXLIV.

illos, qui praestationem facti inuoluunt. De illis, ex utilitatis perceptione diuidicamus gradum culpae, incommodum enim semper proportionatum debet esse commodo, exinde sequentes, communis fere consensu adoptatae usque fori comprobatae sunt regulae.

- I) In quocunque contractu solius dantis, seu eius qui directo sibi et principaliter alterum obligat, promouetur utilitas, in illo accipiens seu is, qui alienam rem suscipit, et alteri obligatur, quum gratis officium aliquod exhibet, dolum saltem et latam culpam praestat, dans vero etiam leuissimam, cuius rei in deposito nobis exhibetur exemplum.
- II) In contractibus, quibus solius accipientis, seu eius, qui directo et principaliter alteri obligatur, versatur utilitas, ut in commodato: in illo dantis nulla, nisi ad dolii lataeque culpae praestationem, est obligatio, accipienti vero de leuissima quoque respondendum.
- III) In contractibus, utriusque pacientium utilitatem respicientibus, ab utroque dolus, lata ac leuis culpa praestandae veniunt, ut in emtione venditione, pignore etc. leuissima autem non venit. De his vero regulam hanc certam et indubitatam esse putamus: In contractibus, qui praestationem facti inuoluunt, ex natura et qualitate negotii dependet gradus culpae.

§. IX.

Negotiorum gestionem, tutelam ac curam etiam ad contractuum vel quasi referri classem ex vulgari et praxi recepta opinione constat, quamuis si secundum analogiam

giam juris rem paulo penitus considerare velimus, alia ferenda est sententia. Quasi contractus enim fabulis Doctorum, qui mentem Iustiniani non rite intellexerunt, adscribendos esse adfirmo. Iustinianus enim dum conscribere curaret in Institutionibus titulum de obligationibus, quae quasi ex contractu oriuntur, de noua specie contractus nunquam cogitauit, nec cogitare voluit, sed tantum obligationibus naturalibus, quibus ius ciuile non adseriebat, cum animaduerteret, contra rationem denegari his negotiis vinculum obligationis, iisdem eandem tribuit obligationem, quam contractus sua habeat natura, et hoc per vocabulum quasi, optime exprimi posse existimauit. Negotiorum igitur gestorem, tutorem et curatorem, qui res absentium et pupillorum suscipiunt, iisque gratis officia sua exhibent, secundum regulam ultimam de dolo ac lata modo culpa teneri, satis in apperto positum est, quem eorum ad solam absentium, pupillorum minorumque utilitatem spectat administratio. Sed maiorem leges eorum voluerunt esse obligationem, eosque et negotiorum quidem gestorem.

I. 20. C. de negot. gest.

I. 23. π. de Reg. Iur.

tutores autem et curatores

I. 1. π. de tut. et rat. disfr.

I. 23. π. de Reg. Iur.

tit. tot. de admin. et peric. tut.

ad leuis quoque culpae reparationem adstrinxerunt. Ex quibus legibus hoc nobis notandum videtur, negotiorum gestoris, tutoris et curatoris eandem proponendum esse indeolem, eandemque obligationem, quod vii supra diximus, et ex ipsa horum negotiorum elucescit qualitate et natura, quam tutela et cura nihil sit aliud, quam magis determinata

nata quaedam, legibusque qualificata negotiorum gestio. Atque hinc est, ut contra tutorem non specialis modo tutelae, sed et generalis negotiorum gestorum, quarum tamen utraque leuis complectitur culpae reparationem, detur actio, quod ex

I. 7. C. arbitrium tut. vbi legislator:

*quicquid tutoris dolo vel lata culpa, aut leni, seu curato-
ris, minores amiserint, vel, cum possent, non adquisue-
rint: hoc in tutelae seu negotiorum gestorum utile iudi-
cium venire, non est incerti iuris.*

In arbitrio igitur actoris est, tutelae, an vero, si circa le-
gitimam tutoris constitutionem aliasque eo spectantes res,
dubium moueri posset, negotiorum gestorum uti velit a-
ctione; modo posteriori casu tutor administrauerit. Et
haec clare admodum in

I. 6. C. de neg. gesſ.

disposita leguntur. Cuius quidem obseruationis infra se
nobis exhibebit usus.

§. X.

Pergamus nunc ad heredes contrahentium. Et hos
eandem in regula culpam praestare debere, quam defun-
ctus, cui existunt heredes, si de ea re conuentus fuisset,
praestare debuerit, certi iuris est. Heres enim est, qui
in locum et omnia iura activa et passiva defuncti
succedit; qui eius partibus fungitur, qui denique eandem
personam sustinet cum defuncto

I. 9. §. 1. π. de edendo

I. 59. 62. et 177. π. de Reg. iur. et

Nov. 48. praef.

B

Ideo.

X

Ideoque quum etiam in omnia succedat onera; sequitur, quod eandem quoque culpae speciem praestare teneatur, ad quam defunctus obligatus fuit, idemque iudicium in eum transferri oporteat, quale defunctus suscepit, quod tamen de actionibus, quae ex contractibus veniunt, modo intelligendum, quia, quae ex delictis oriuntur, in heredes non transeunt. Hoc nec ratione doli in contractibus a defuncto commissi immutatum est.

ex contractibus enim venientes actiones in heredes dantur, licet delictum quoque veretur: veluti quum tutor in tutela gerenda dolo fecerit, aut is apud quem depositum est.

sunt verba legis 49. π. de O. et A. Et hoc idem est, quod
I. 2. §. 2. π. de V. O.

constitutum est, nempe

conditionem obligationis non debere immutari ex persona heredum.

§. XI.

Satis vulgata sunt, quae haec tenus de culpae praestatione disputauimus, nec de ea re dubitatum iri confidimus. Sed sicut nulla regula sine exceptione, ita etiam a regula §. anteced. euicta, tutorum curatorumque heredes leges expresse exemerunt, eosque

de dolo modo et lata defuncti tutoris culpa, non autem de leui, ad quam tamen ipse tenetur, teneri, in eaque re meliorem eorum, quam ipsius tutoris voluerunt esse sortem. Quam tamen doctrinam, quia non omnis dubitationis expers, et a populari quandam meo, praefide

praeſide Thomafio b) acerrime oppugnata ſit, curatius pau-
lo pertractandam in ſequentibus fuſcepimus.

CAP. II.

DE CULPA AB HEREDIBVS TVTORVM CURATORVMVE IN SPECIE PRAE- STANDA.

SECTIO I.

*Quod heredes, ex facio tutoris vel curatoris conuenti,
dolum modo et latam eius culpatam praefent; de
leui vero haud teneantur.*

§. XII.

Duplex culpa ab heredibus tutoris praefanda cogita-
ri potest species, eius nimirum, quam defunctus
commisit tutor, illiusque, quam ex propria heres admini-
stratione contraxit. Conueniri igitur heredes dupli-
catione poſſunt. Conueniunt enim vel ex facto tuto-
ris, vel ex facto proprio. Si ex facto tutoris, videndum,
qualis ab iis culpa refacienda veniat? Et primo quidem

B 2

in-

b) Diff. inaug. *de culpa ab heredibus tutorum praefanda*, quam pra-
ſide Christo, Christ. Gottl. Stempel, Budiss. Halae Mag-
deburg. 1701. ſolemniter proponuit.

XII

indubitate juris est, hoc casu heredes de dolo pariter ac lata culpa obligatos esse. Generalis quippe in

l. 8. §. 1. π. de fideius. et nom.

traditur regula: quod ex omnibus bona fide iudiciis propter dolum defuncti heres teneatur, idemque ad tutoris ibi applicatur heredes. Cuius tamen legis verba, quum infra eius mentio fieri, huc adponere integra licet, quamquam praeter iam memoratam dispositionem nihil ultra ad rem nostram facere videantur.

Heredes eius, inquit Paulus, qui non iure tutor vel curator datus administrationi se non immiscuit, dolum et culpam praestare non debere. Paulus respondit, tale iudicium in heredem tutoris transfriri oportere, quale defunctus suscepit. Hoc eo pertinet, ut non excusat heres, si dicat se instrumenta tutelaria non inuenisse: nam cum ex omnibus bona fide iudiciis propter dolum defuncti heres teneatur, idem puto observandum et in tutelae actione. Sed constitutionibus subventum est ignorantiae heredum. Hoc tamen tunc obseruandum est, cum post mortem tutoris heres conveniatur, non si lite contestata tutor decesserit; nam iuriis contestatione et poenales actiones transmituntur ab vitaque parte, et temporales perpetuantur. Heredes autem ob dolum defuncti tutoris teneri expresse

l. 12. π. de Obl. et A.
adstruitur, vbi ICtus
ex tutelae, ait, et negotiorum gestorum, actione ob dolum malum defuncti heres in solidum tenetur.
in solidum, inquam, non id modo, quod peruenit, quod
et

157.

I. 157. §. 2. π. de Reg. Iur.

clare satis disponitur.

Quae doctrina, quum tam clara legum auctoritate corroborata sit, non est, ut dubiis a Cuiacio circa eam motis immoremur, maxime, quum sufficienter ab Auctore supra laudatae Dissert. refutatus est. Sed quoniam nulla culpae latae in adductis legibus sit mentio, et de ea quoque re in specie dubitari possit, hoc nobis adnotandum videtur, quod in causis ciuilibus lata semper dolo aequiparetur culpa et expresse in

l. i. Cod. de hered. tut.

*quod heredes tutorum ob negligentiam, quae non
latae culpae comparari possit, condemnari non oportet.*

sancitum sit; et exinde immediate sequitur: ergo ob negligentiam, quae latae culpae comparari potest, condamnandi sunt, alias superuacua foret ista determinatio. De qua tamen lege mox plura. Nec ob dolum modo, latamque tutoris circa gestionem, sed et circa cessationem, commissam culpam heres tenetur

l. 2. Cod. cod.

Quodsi tamen hoc casu tutor non iure datus ab administratione abstinuerit, non tenebitur heres, quum omittendis iis, ad quae obligati haud simus, dolum culpamue commissam dici non possumus.

§. XIII.

Praestant igitur heredes dolum pariter ac latam defuncti tutoris culpam. Quod autem de leui eius culpa non teneantur, quod nos quidem demonstrandum suscipimus, in ista re regulam §. X. positam, videlicet, quod heredum

XIV

heredum sit eadem, quae defunctorum obligatio, immutatam videmus. Id igitur negotii nobis datum esse perspicimus, ut euidentissimis sententiam nostram a communione quippe regula recedentem fulciamus argumentis, et ab iis, quae circa eam moueri solent, dubiis vindicemus.

§. XIV.

Probemus igitur, heredem tutoris de leui ipsius culpa conueniri non posse. Ipsae vero pro nobis loquuntur leges, quae ordine suo hic recensemus. Clara prima circa hanc materiam in iam allegata

l. 1. Cod. de hered. tut.

extat dispositio, ipsaque legis verba, quorum partem iam antea exhibuimus, integra hoc transcribere liceat. Sunt autem haec:

Heredes tutorum ob negligentiam, quae non iatae culpare comparari possit, condemnari non oportet, si non contra tutorem lis inchoata est, neque ex damno pupilli lucrum captatum, aut gratia praestitum sit.

Cui legi amice admodum adsentitur

l. 4. π. de magist. conv.

Non similiter tenentur heredes magistratum, vt ipsi tenentur, nam nec heres tutoris negligentiae nomine tenetur, nam magistratus quidem in omne periculum succedit; heres ipsis dolo proximae culpae succedens est.

Quia ex lege hoc simul notatu dignum videtur, esse unam eandemque heredum tutoris magistratusque circa culpae reparationem obligationem, sicuti etiam ea-

dem

dem in magistratibus actio detur, quae competit in tutorum

l. fn. π. eod.

Heredes autem magistratus quum non nisi latam praestent culpam

l. alleg. 4. π. de magist. conv. verbis:

Heres dolo proximae culpae succedaneus est (leui igitur Succedaneus non est) et

l. 2. Cod. eod.

qua expresse

In heredes magistratus, ait Imperator, cuius non latra culpa idonee causum pupillo non est, non sollet actio dari.

idem sine dubio et de heredibus tutoris istis plane similis statuendum est. Extat etiam expressa quedam de heredibus tutoris et curatoris in supra alleg.

l. 8. pr. π. de fidei. et nom.

dispositio:

heredes eius, qui non iure tutor vel curator datus, administrationi se non immiscuit, dolum et culpam praestare non debere.

Qua lege secundum regulam logices rite conuersa hoc efficitur:

Ergo heredes eius, qui iure tutor vel curator datus administrationi se immiscuit, dolum et culpam praestare debent.

De culpa leui ne minima quidem mentio, quae tamen specificè exprimenda erat, quum verbis dolii et culpae simul coniunctis, saepius tantum dolus et lata culpa indicantur, cuius rei eudentissimum in supra citata

l. 1. pr. π. de tut. et rat. distrah.

exemplum

XVI

exemplum habemus, ubi tutor iubetur, praestare dolum culpam et quantam in suis rebus diligentiam. Ictus enim tutorem ad culpam leuem obligans, non adquiescendum putabat in eo, quod dixerit, eum praestare debere dolum et culpam, sed istam quoque culpam expresse determinare necesse habuit, quod et hic, si de leui culpa heres teneretur, factum fuisset. Alia eius rei videantur in alleg. l. 20. Cod. de neg. gest. item l. 7. Cod. arbitr. tut. exempla

Adjiciamus adhuc huic nostrae probationi

l. 39. §. 6. π. de admin. et per. tut.

Tutor datus aduersus ipsam creationem prouocavit: heres eius postea vietus, praeteriti temporis periculum praefobbit, quia non videtur leuis culpa, contra iuris auctoritatem mandatum tutelae officium detrectare.

Papinianus itaque hic argumentatus est: Quaecunque est non leuis culpa tutoris, de ea tenetur heres. At prouocare aduersus iustum creationem, est non leuis culpa, ergo de ea tenetur heres. Dum autem Papinianus desinit loquitor de non leui culpa, eo ipso ostendit, de leui culpa heredem non teneri. Nec omittenda videtur.

l. 17. Cod. de neg. gest.

quae itidem de heredibus, ob facta tutoris conuentis, loquitur, eosque non, nisi supinam praestare iubet negligientiam, de qua lege infra paulo adcuratius. Confirmat quoque hanc sententiam Carpzov. P. II. C. XI. Def. 36.

§. XV.

Nescio an clarior illa unquam reperiatur legum dispositio. Ob negligentiam, quae non latae culpae i. e. leui

Ieui comparari possit, heredes' tutorum' condemnari non oportere, d. l. i Cod. de hered. tut. expresse adstruitur, et id ipsum erat, quod nobis probandum fuit. Quaedam tamen ad hancce legem obseruanda nobis videntur, et quidem:

I) Agi in ista omni procul dubio de culpa tutoris, minime vero de culpa heredis propria. Et hoc quidem ex adiecta restrictione colligimus, quando dicitur: non teneri heredes *ex culpa ieui, nisi lis contra tutorem inchoata est.* Lis autem quae contra tutorem inchoari potest, non potest non esse *ex eius ipsius negligentia.*

II) Quod heredes de ieui tutoris culpa, ab ipsis tam praestanda tutoribus, haud teneantur, esse singulare quoddam in heredum fauorem introductum, vti iam adnotauimus supra. Esse igitur priuilegium personale, nec ob paritatem rationis ad aliorum, mandatarii veluti, negotiorumque gestoris heredes adplicandum, in quibus legis 2. §. 2. π. de V. O. immutatus manet rigor.

III) Sisti in hac doctrina satis euidens eius,
quod Tribonianus

§. 1. *Inst. de perp. et temp. Act.*

dicit:

Aliquando scilicet ex contractu actio contra heredem non competit, veluti quum testator dolose versatus sit, et ad heredem eius nihil ex eo dolo peruenit.

exemplum. *Casui enim hic expresso nostrum quoque ad numerare, quid vetat? actionem scilicet nec tum contra heredes competere, quando tutor in administranda tutela non lata culpa defecerit. Scio equidem, quae ad hunc*

XVIII

textum a Commentatoribus sunt adnotata. Ibi enim mortuissi de casu depositi miserabilis sermonem, et particulariter veluti ejiciendam esse plurimi contendunt, quam tamen litteram nostram facere non est huius loci. Ipsum, quod hic tractamus, propositum hoc extra dubium ponit, quod interdum actiones in heredes vel plane non dentur, vel si dentur, non tamen eodem modo, eademque qualitate.

IV) Rationem huius dispositionis eam quidem a quibusdam proferri, quod res grauissima sit, ex aliena ratione reddere rationes, quae tamen, quum ad negotiorum gestoris quoque heredes applicari possit, vereor ut sufficiens sit. Evidem nullam aliam eius rei rationem proferri posse confiteor, quam generalem, quae in legibus reperitur, heredum fauorem, et quod alia saepe sit defunctorum, alia heredum obligatio. Nonne eius rei omnes ex delicto oriundae, poenam corporis adstringuam haud iniuolentes, sed multa pecuniaria iuendae actiones nobis exemplo sunt? In specie populares istae, quae si viuo delinquentem ad 50. v. c. solidos dabantur, contra heredes plane locum non habebant, quantascunque ille a defuncto hereditate acceperat diuitias? Et tutoris heredes in specie hoc fauore gaudere, ex

liquet, ubi quoad doli quoque tutoris praestationem eius heredibus quodammodo prospicuum, et dictum est:

Constitutionibus subuenient esse ignorantiae heredum.
Aequum igitur ICtis vitium est, praestationem culpae ratione heredum ad regulam ultimam §. VIII. reuocare, secundum quam nec ipse tutor ultra latam culpam obligandus erat. Nec obstat, quod iste tamen fauor in negotiorum gestoris heredibus haud reperiatur. Negotiorum enim

enim gestores sponte negotia aliena subeunt; tutores necessitate legali eo obligantur; ergo et horum heredum maior, quam illorum favor. Quanquam, si dicendum, quod res est, forsitan non tam ex conditione obligationis quam ex potestate legis veram huius dispositionis rationem repetendam esse crediderim. Sufficit nobis, claram de ea re esse legislatorum voluntatem, nec analogiae iuris id repugnare, immo potius amice consentire, quam neminem fugiat, quod

l. 4. pr. Cod. de in lit. iur.
dictum est:

Alio iure esse tutorem, alio heredem eius.
neque tandem ad famosam legem non omnium π. de LL si quae haecceus differuimus, haud sufficere videantur, provocare erubescamus.

V) Tribus tamen, qui in eadem lege nostra continentur, casibus heredes tutorum ex eorum facto condemnari oportere: primo, si lis contra defunctum contestata fuerit, quod indubitate quidem iuris est, quem litis contestatione poenales quoque actiones ab utraque parte ad heredes transmittantur.

L vlt. π. de fidej. et nom.
secundo, si ex damno pupilli lucrum captatum, et tertio, si gratia aliquid praestitum fuerit, quas quidem posteriores exceptions ad dolum latamque culpam omnes fere ICti pertinere aiunt. Sed quoniam modo isti duo casus ad ea quae ~~ante~~ flex statuerit, quod scilicet heredes de leui tutoris culpa haud teneantur, referri poterunt, quem non sint leuis culpae, sed dolii lataeque negligentiae exempla? Placuit mihi valde, quod acutissimus ICtus' Ant. Faber hic monuit, non tam exceptionem, quam interpretationem

regulae iis verbis contineri. Regulam esse: Ex leui culpa tutoris defuncti heredem non teneri; interpretationem vero illam: non aliter igitur teneri, quam si contra tutorem lis inchoata sit, aut si ex damno pupilli lucrum captatum, vel etiam gratia praestitum sit, quibus duobus casibus, quum in dolo tutor sit, vel saltem eius culpae conscientia, quae dolo non male comparetur, juris rationem facere, ut ex ipsis persona in solidum heres conueniantur. Hisque praestructis, quod inconcinnne admodum istae declarationes huic legi adiunctae fuerint, dici haud poterit. Legislator enim, quum disposuisset, quibus casibus heredes ex facto tutoris haud tenerentur, eos quoque ea occasione recensuit, quibus ex eius persona heredes conueniri possent, si scilicet dolus vel lata culpa eius intercesserit. Autor quidem supra laudatae dissertationis istos quoque duos casus ad leuem culpant referre tentavit, ast quum interpretatoribus sedulo cauerendum sit, ne illa verbis adulteratur vis: equidem ea in re eius interpretationi subscribere vix possum, quia ex damno pupilli lucrum captare, vel cum damno alterius gratiam alicui praestare, certe leuis culpa existimari nequit.

§. XVI.

Et haec de primo, quem §. XII. proposui, casu, in quantum scilicet heredes ex facto defuncti tutoris tenentur, dixisse sufficiat. Et de leui quidem, eos non obligatos esse culpa, me fatis euicisse putauerim. Quae contra hanc doctrinam proferri possunt dubia, eorum promissam a me resolutionem peculiari huius libelli Sectione dabo. Pergamus interea ad secundum casum, si scilicet ex facto proprio heredes conueniantur,

tur, et quid in ea re iuris sit, quantum in nobis erit, dicamus.

SECTIO II.

Quod heredes tutorum, ex facto proprio conuenti, in negotiis pupillaribus sponte ab ipsis administratis, de leui quoque teneantur culpa; in negotiis vero, quae necessitate legali coacti gerunt, latam modo negligentiam resarciant.

§. XVII.

In quantum heredes tutoris ex facto proprio teneantur, I disputatuero, illud omnino praemonendum videtur, officium administrationis regulariter quidem non transire ad heredes

l. 17. Cod. de neg. gest.

sed permitti tamen legibus nostris post mortem tutoris eius heredibus, administrationem sponte suscipere, pupillique negotia gerere, negotiorumque gestoris vel protutoris fungi munere, vid.

l. 4. π. de fidej. et nom.

Et certi quoque casus existunt, in quibus legalis administrationis illis incumbit necessitas, cuius rei dispositionem habemus in

l. 1. π. de fidej. et nom.

vbiICtus:

XXII.

quamvis heres, inquit, turois rutor non est, tamen
ea, quae per defunctum inchoata sunt, per heredem, si
legitime aetatis et masculus sit, explicari debent et
quidem tam iudicialia quam extra judicialia, et ratio-
ne priorum l. 27. π. de appell. et l. ult. π. si pend. ad-
pell. mors interuenierit, nobis huius rei exem-
plum exhibet, ubi disponitur, quod si rutor in nego-
tio pupilli provocauerit, heres appellationis causam
persequi debeat in quibus dolus eius admitti potest, 2)
quod penes tutorem fuit, heres quoque eius reddere de-
bet; quod apud pupillum si reliquerit, si heres capit,
non quidecum criminis caret, sed extra tutelam est, et vi-
ti actione hoc reddere compellitur.

Addamus his negotiis, quae heredibus tutoris necessario
expedienda sunt, et illud, quod 3) interpellare debeat, ut
loco defuncti alias curator constituantur l. 7. §. 13. π. de
admt. et per tut. et generaliter 4) ista omnia negotia hue
referenda existimamus, ubi periculum in mora vel ex quo-
rum omissione insigne pupillio dampnum oriri posset. Et
hisce praemonitis satis perspicuum est, fieri omnino posse,
ut ex proprio facto heres pupillo obligari possit, simulque
inde efficitur, duplice cogitari posse heredis circa tute-
lam curamque administrationem, necessariam nimur legi-
busque iubentibus suscepit, et voluntariam, quum spon-
te negotii pupillaribus se immiscuerit. Et hac distinctio-
ne praemissa ad ipsam institutae quaestione discussionem
procediamur.

§. XVIII.

Di iudicatu haud adeo facilis est ista materia, commu-
nisque circa eam opinio in commentariis deprehenditur,
quod

XX. 3

quod heredes, nec ob administrationem propriam, ultra dolum et latam culpari conueniri possint, sicuti et leges eo pertinentes non omni carere obscuritate videntur. Autor diff. supra laud.

heredes tanquam heredes, ex facto tutoris conuenitos, eandem quam tutor, i. e. leuem praestare cul-
pam debere, quodsi vero ex facto proprio conueni-
antur, non nisi de dolo et lata culpa teneri
statuit. Sicuti vero primum huius propositionis mem-
brum, quod heredes de leui tutorum culpa teneantur, ob
clarum legum aliud iubentium dispositionem concedi non
potest, et quod non bene se habeat ista opinio, in ante-
cedentibus satis euictum esse videtur: ita etiam alterum
filiis theseos membrum indistincte verum non esse, ipse
in sequentibus vidit autor supra laud. nobisque viam ape-
rit, ut adecuratis paulo in istara materiam inquirere pos-
simus.

§. XIX.

Ea autem ea in re legum reperitur determinatio,
quod
heres tutoris in negotiis, quorum gerendorum a fe-
gibus ei iniuncta est necessitas (quod necessarium su-
pra administrationem nominavimus) itidem non nisi
dolum et supinam negligentiam praestare debeat; in
aliis autem negotiis, quibus sponte se immiscuerit (si-
ve in administratione, quam diximus voluntaria) de-
leui etiam teneatur culpa.

§. XX.

Conuincamus nos primo de veritate posterioris huius thematis, quod videlicet heredes ex propria et voluntaria quidem rerum pupillarium administratione conuenti, etiam de leui teneantur culpa, cuius quidem adassertionis rationem triplex, quae eo nomine contra heredes datur, actio, negotiorum nimirum gestorum, protectionae et tutelae, mihi suppeditat, in quibus singulis leuem quoque venire culpam non est ambigendum. Et primo quidem negotiorum gestorum contra heredem eo nomine datur actio, sicuti et in ipsum tutorem dari, supra §. IX. adserui, legumque corroborauit auctoritate. Hancce vero actionem et contra tutoris heredes ob facta videlicet tutoris dari ex ibidem citata

l. 6. Cod. de neg. gest.
patet. Dari autem istam contra heredes, ex facto proprio pupillo obligatos, exinde verum est, quod heres, si sponte administrationem tutelarem suscepit, vere quidem, et multo rectius, quam ipse tutor, pro negotiorum gestore haberi debeat, quum sponte et nulla cogente necessitate immiscuerit se negotiis alienis, quae negotiorum gestoris definitio

l. 3. §. 10. π. h. t.
nobis datur, quum contra tutor ad ea suscipienda magistratus obligari solet auctoritate. Et tamen contra hunc neg. gest. competit actio, ideoque multo magis contra eius heredem, qui citra omnem necessitatem tutelarem administrationem subiit, ea competit, necesse est. Et hoc quidem indubitate juris est, sicuti et hoc, quod ista actio non dolum modo, ac latam, verum etiam leuem vindicet culpam, secundum

l. 20.

l. 20. Cod. de neg. gest. verbis

super his quidem, quae nec tutor, nec curator constitutus, ulvo quis administravit, cum non tantum dolum, et latam culpam, sed et leuem praestare necesse habeat: ut te etc. etc.

Quae quidem determinatio adcurate admodum ad eiusmodi heredes accommodari potest; ideoque et eos leuem culpam praestare necesse habere, inde efficitur.

Ait specialis quoque de heredibus tutoris in

l. 17. eod.

legitur dispositio, his verbis:

Curatoris etiam successores negotiorum gestorum utili conuentos actione tam dolum, quam latam culpam praefiare debere, nec ad eos officium administrationis transire, ideoque nullam alienandi eos res aduliae potestatem habere conuenit.

Verum enim uero nonne totum ista lex theses nostra conuertere videtur fundamentum? Curatoris heredem dolum et latam praestare culpam legislator adserit; de leui vero altum silentium. Nondum autem vietas manus dare cogimus; haec enim lex ad praesentem casum referri plane nequit, utpote quae de dolo culpaque defuncti tutoris, non autem de culpa heredis propria disponit, quod ita quidem probare possumus. Officium administrationis, ait Imperator, ad heredes non transit, ideoque nec alienandi res pupillares potestatem habent. Denegat igitur omnem prorsus lex heredibus administrationem (exceptis tamen specialibus istis, quos §. XVII. posui, negotiis, quae ante oculos hic habuisse Imperator haud videtur) ideoque nec vero simile est, et, quae mox antecedunt, verba de ipsa heredis culpa agi, quippe quae sine propria eius administratione nulla est. Agit igitur ea lex de culpa ipsius tutoris,

D

ris,

ris, qualis scilicet praestanda sit ab heredibus, si contra eos non tutelae, sed utilis negot. gest. actio (quod in arbitrio omnino actoris est) instituatur; et tali casu, itidem, ut in tutelae iudicio, dolum modo et latam culpam reparandam legislator iubet, et sic ista lex nouum eius, quod §. XIV. diximus, nobis exhibet argumentum, heredesque ex facto tutoris sive tutelae, sive negot. gest. conventos actione, leuem non praestare debere culpam inde efficitur. De culpa vero ex propria heredis administracione contrafacta hic nullo modo disponitur. Re enim altius paulo inspecta sequentes huic legi propositiones inesse perspicimus.

- 1) Heredes tutoris ob eius culpam, non tutelae modo, sed et utili negot. gest. actione conueniri possunt, quod supra iam demonstrauimus. *Utili* lex ait, quia in heredes ex administratione propria ipsa haec directe datur *actio*.
- 2) Et hoc casu itidem, ut in actione tutelae heres dolum modo, et latam culpam praestat, quae quidem dererminatio quam maxime necessaria fuit, ne aduersarentur sibi istae duae, pro lubitu actoris instituendae actiones, eaque nisi expresse determinassent leges, hoc incommodi exinde natum esset, ut omisfa tutelae actione, actores semper utili negot. gest. iudicio vni essent contra heredes, eosque ea ratione ad leuis quoque culpare reparationem obligassent, quod tamen legislatores ob herendum fauorem noluerunt.
- 3) Heres regulariter administrationi tutelari immiscere se non debet.

Hoc tamen si fecerit, leuem quoque praestabit culpam, et imputet sibi, quod tali ratione directae contra se negot. gest. actio locum fecerit, quac certe leuis inuoluit cul-
pae

pae præstationem. Et ex hisce deducis hoc ad minimum extra dubium me posuisse persuasus sum:

heredes tutorum ex administratione propria et spontanea, si non tanquam heredes; tamen ut negot. gest. res de leui, circa administrationem commissa, culpa teneri.

§; XXI.

Ast pro tutelae, quam dicunt, actione eiusmodi quoque heredes conueniri posse diximus. Definitio enim eorum qui pro tutori gerunt, quam

l. i. §. i. π. de eo, qui pro tut.
exhibit, sine dubio ad heredes administrationi tutelae sponte se immiscentes pertinent. Omnia igitur, quae in alleg. tit. disposita leguntur et in eos iuris sint, necesse est. Expressle autem Pomponius *l. 4. d. r.*

qui pro tutori, ait, negotia gerit, eandem fidem et diligenciam præstat, quam ipse tutor præstaret.

ideoque etiam eandem resarcire culpam tenebitur. Et actio pro tutelae, qua hoc nomine contra eum uti possimus, omni modo actioni tutelae conformis est. Idem certe ex hac obseruatione sequitur, quod in fine §phi antecedentis iam adnotauimus:

heredes tutoris in administratione tutelae sponte perseuerantes, si non ut heredes, tamen ut protutores de leui teneri culpam.

§. XXII.

Sed et, ut heredes eos teneri, certum est. Datur enim aduersus eos, ob propriam eamque voluntariam ad-

D 2 min-

XXVIII

ministratiōnem non negotiorum modo, protutelaeque,
sed et ipsa tutelae actio, eaque nullo modo restricta; ideo-
que leuem quoque culpam vindicans,

Audiamus de ea re

I. 4. pr. et §. i. π. de fidei. et nom.
dispositionem ita enunciatam:

Cum ostendimus, heredem quoque tutelae iudicio posse
conveniri, videndum, an etiam proprius eius dolus, vel
propria administratio veniat in iudicium? Et extat Ser-
vi sententia existimantis, si post mortem tutoris heres
eius negotia pupilli gerere perseverauerit, aut in uacatu-
toris pupilli pecuniam inuenierit et consumferit, vel eam
pecuniam quam tutor stipulatus fuerat, exegerit: tute-
lae iudicio eum teneri suo nomine. Nam cum permitta-
tur aduersus heredem ex proprio dolo iurari in item, ap-
paret eum iudicio tutelae teneri ex dolo proprio. Negli-
gentia plane propria heredi non imputabitur.

Tutelae actionem contra heredem ex dolo proprio dari,
generaliter hic Vlpianus adserit, addita ratione, quod et
aduersus heredem ex facto proprio in item iurari possit,
eaque re haud obscure indicare videtur, non esse in admī-
nistranda tutela mitiorem obligationem heredum quam
ipsius tutoris, quem iuramentum in item poenae alicuius
speciem iuuoluit. Et quum fauori pupillorum illud sine
dubio datum esse videatur, ut contra heredes sponte admī-
nistratiōnem negotiorum subeuntes, praeter negot. gest.
ac protutelae actiones, ipsa etiam tutelae actio concedatur;
evidētissime exinde colligimus, hancce ad eadem,
imō maiora competere, ideoque heredem de leui culpa te-
neri. Ast posteriora legis nostrae verba
negligentiam plane propriam heredi non imputari.
omnia certe, quae hactenus disputauimus, destruere vi-
den-

dentur. De propriis enim heredum administratione hic sermonem esse extra omne dubium positum est. Et hoc casu negligentiam plane propriam non imputari, expresse lex adfirat. Quid nos igitur? Num forsitan contra expressam legum dispositionem thesin nostram defendere pergemus, durioresque nos ita exhibere ipsis legibus? minime quidem. Pseudo curationibus tamen legem nostram contemplemur oculis, et eo usque suspendamus nostrum ea de re iudicium.

§. XXIII.

Negotia enim, quorum latus hic mentionem facit, ea ipsa sunt, de quibus §. XIX. adstruximus, quod ad necessariam heredum administrationem pertineant, ad quae expedienda iuris compelluntur auctoritate. In his enim, si dolose quaedam sicut, vel ex supina quadam negligentia, quin de dolo et culpa lata teneantur, eoque nomine et in licet aduersus eos iurari possit, dubitandum non esse, Vopianus ait. Leuem autem, quae circa ea intercedere possit culpa, ab eis non praestandam esse idem assert. Ratio eius rei ab Autore dissertationis supra laud, ea adseritur, quod diligentia, quam negotiorum alienorum gestores adhibere adstricti sunt, ab herede tutoris exigi non possit, quia lege coactas negotia a tute copta continuauerit, non obstante, quod ipse tamen tutor etiam lege cogatur, et nihilominus levem praefter culpam, tutores enim allegare posse excusandi causas, heredes non item, praeterque ea in tute industriam considerari, quae rationes omnes in herede administrante cessent.

Agit agrem in nostra lege de eiusmodi necessario expediendis negotiis ex ipsa eorum contemplatione liquebit.

XXX

Heredem tutoris iudicio tutelae teneri suo nomine, ait
ICtus,

1) si post mortem tutoris negotia pupilli gerere per-
seuerauerit. Ast necessitatis est ista perseueratio ratione
inchoatorum a tuteore negotiorum pupillarium *L. i. alleg. n.*
de fid i. et nom. ne imperfecta ista maneat.

2) Si in arca tutoris pupilli pecuniam inuenerit et
consumserit. Pecuniae vero pupillaris curam etiam, et
primo quidem loco ad istos casus pertinere, omnino cre-
dendum est. Si eam heres sciens consumat, dolose agit.
Caeterum nullam nisi latam circa eam culpam commissam
praestare tenetur.

3) Si eam pecuniam, quam tutor stipulatus fuerat,
exegerit. Qui quidem cum superiori coincidit casus, et
etiam necessitatis est, vt heres tutoris pecuniae, quam hic pro
pupillo stipulatus est, curam agat, eamque, si dies venit, et ex
dilata solutione damnum pupillo enasci posset, soluendam sibi
curet. Ne tamen consumat, quod quidem lex innuere vi-
detur.

Et in omnibus hisce negotiis negligentiam propriam
heredi, et si ex actione tutelae, leuem alias inuoluente cul-
pam, conuento, non imputari, lex ait, et id ipsum est,
quod §. XVII. diximus, nobisque demonstrandum supe-
rerat.

§. XXIV.

Restat, vt in epitome quasi omnia, quae haec tenus
commentati sumus, exhibeamus. Tres autem fuere, de
quibus egimus, propositiones :

I.) He-

I.) Heredes tutorum curatorium, ex facto tutoris defuncti conuenti dolum eius et latam culpam praefstant, de leui vero praefenda leges immunes eos esse iussérunt.

II.) Heredes tutorum ob propriam eamque voluntariam plane, negotiorum tutelarium administrationem leuem quoque reparare culpam, necesse habent.

III.) Heredes tutorum, ob propriam quidem sed legum iuslī susceptam administrationem, vel, quod idem est, in casibus *l. 1. π. de fidei. et nom. et l. 4. π. eod.* itidem non nisi dolum ac latam culpam resarcire coguntur.

Ad posteriores duas, quod attinet propositiones nostras, nemo nec Glossatorum, nec qui post eos scripsierunt, ICtorum ante Aut. diff. supra laud. differentiam negotiorum ab heredibus tutoris sponte vel necessario expediendorum obseruasse, et quae inde efficitur, distinctionem inter administrationem voluntariam et necessariam detexisse videtur. Ex quo factum esse adparat, quod tum omnes fere, qui in leges commentati sunt, scriptores de propria heredum administratione disputantes, nullo habito discrimine adseruerint, eos, ne ex propria quidem administratione ultra culpam latam obligatos esse, quae tamen doctrina, quum ratione administrationis voluntarie contra evidenterissimam iuris analogiam militat, minime a nobis ita crude concedi potuit, sed adcuratius pauclo ea in re procedendum nobis fuit. Ipse quoque commemoratus Aut supra alleg. diff. de culpa ab hered. tut. praef. initio et in primis §. 4. eam differentiam ante oculos habuisse non videtur, quam tamen posthaec §. 38. et 39. et in Coroll. 3. et 4. eid. diff. adnexis, detexit, vbi doctissime quidem, sed admodum succincte ad eam rem commentatus est. Et in hisce duabus nostris positionibus Autori illi omnimode adsentimur, magnasque gratias simul

XXXII.

mul debemus, quod occasionem nobis dederit, vterius in istam doctrinam inquirendi. Prima autem, quam supra posuimus, thesis, heredes scil. de leui tutoris culpa non teneri, vulgaris quidem opinonis ntitur autoritate, et ab omnibus fere magni nominis ICtis defensa fuit, sed e diametro opinioni isti dissertatione illa, quam initio huius libelli laudauimus, opposita est. Eo enim consilio conscripsierat. Autor ille dissertationem istam, ut oppugnaret communem, cui nos quoque uocem dedimus, opinionem, et quod heredes tutoris ob leuem quoque eiusdem tenebrentur culpam demonstraret. Exponemus igitur, quantum huius libelli breuitas permittere velit, eius argumenta, ad eaque breuiter respondebimus, cui quidem tractationi sequentem sectionem destinauimus.

SECTIO III.

Conspectum et resolutionem argumentorum contra thesin nostram militantium et in diss. laudata propugnatam rationib[us] et torum, exhibens.

Acerime igitur communis ICtorum opinio, quae heredes, ex facto tutoris conuentos, a leuis culpa praefatione immunes esse dicit in dissert. laud. oppugnata est. Et nobis quidem, partes in ea doctrina communis sententiae sectantibus et contra istam modo dictam diss. disputantibus ista videtur adhibenda differendi ratio, ut eius bona fide proponamus argumenta, eaque statim brevissimis nostris comitemur adnotationibus.

§. XXVI.



Primum vero, quod communi sententiae opponit, momentum, inde desumtum est, quod l. 2. §. 2. π. de V. O. clare admodum sanctum sit, quod ex persona heredum conditio obligationis non debet immutari. Cui quidem dispositioni e diametro oppositum sit, quod vulgo statuitur, quod scilicet heredes non eandem culpam quam ipsi praefestare debeant tutores. Nullam vero solidam proferri posse eius rei rationem. At quum rationalis debet esse iuris prudentia nostra, non conuenire, leges dubias ita expondere, ut inde oriatur sensus irrationalis.

Eam quidem iam supra dispositionis huius rationem dedimus, quod vniuersalis heredum in legibus nostris favor sit, et quod ipse tutor non ultra communis diligentiae limites obligari debuerit; ideoque admodum aequum legislatoribus visum fuerit, non ut in heredes eius eodem rigore. Quae quidem ratio, quodsi etiam sufficiens haud videatur, illud tamen minime concedimus, dubias esse leges de ea re disponentes, quod ex iis, quae circa eam materiam supra diximus, satis perpicuum esse crediderim. Clara certe sunt legum huc spectantium verba, ideoque nescio, an ICti sit, alienam illis affingere sententiam. Nec hoc concedere possum, quod supinae semper ignorantiae indicium sit, rationem alius legis exhibere non posse. Quis enim eam semper perscrutari poterit? hoc autem non semper fieri posse, ex legibus omnium fere gentium adpareat. Sufficiat nobis claram esse de ea re, nec contra analogiam iuris militantem iuris constitutionem, et concedamus, quod secundum regulam heredes in actionibus ex contractu venientibus ean-

E
dem

XXXIV

dem quidem culpam praestent, quam defuncti contrahentes praestare debuissent; sed dicamus simul, non esse rem adeo absconam atque extraordinariam, nec inter prodigia referendam, si eam regulam ratione heredum tutorum curatorumque leges immutauerint.

§. XXVII.

Ait porro doctissimus Autor errorem istum (vt ille quidem putat) inde esse, quod Glossatores, eosque sequens ICtorum turba putauerit, legem v. c. de hered. tut. loqui de heredibus conuentis ex facto tutoris, quod tamen non esset, quum leges Pandectarum id statuenda rationem non suppeditent, et si hoc fieret, torquendae essent, vt cum hac lege conciliarentur, quod repugnaret regulis bonae interpretationis.

Ast leges Pandectarum non permittunt modo, verum etiam necessitatem nobis imponunt, explicandi hunc textum de culpa tutoris; non heredis propria. Perlustrantur modo

I. 4. π. de mag. conv.

παρο. I. 39. π. de adm. et per. tut.

παρο. I. 8. pr. π. de fidei. et nom.

quas §. XIV. allegauimus, et statim ex illis elucefcet, tutoris heredes ex leui ipsius culpa non teneri. Absurdam quidem Aut. noster ait esse communem explicationem; sed nefcio, an non maiori inconuenientia altera ab eo comprobata laboret interpretatio. Supra iam adnotauimus, verba: *Sinon contra tutorem lis inchoata est, et inuitos negli-*

nos cogere, explicare, quae mox antecedunt, enunciata de culpa tutoris. Et hoc omnino verum est. Ridiculum enim foret, statuere, tutorem, dum viuit, de futura futuri sui heredis culpa conuenire posse. Ideoque si lex yna eademque sermonis connexione dicit: heredes tutorum ob negligentiam leuem condemnari non oportet, nisi lis cum defuncto inchoata est, exinde necessario efficitur, istam negligentiam tutorem, non autem eius heredes concerne. re delere. Non satis fecit commemoratus Autor grauissimae huic, regulisque sanae interpretationis nitenti ICtorum obseruationi, eamque elidendi nullum excogitauit argumentum. Nam quod dicit, ista verba non limitationem, sed declarationem esse regulae, quod et nos credimus, nihil ad rem facere videtur. Sit enim limitatio, sit declaratio, semper peruersa, orationisque regulis contraria et absonta foret dicendi ratio, coniungere in yna eademque propositione duas e diuerso plane fundamento pro mananties actiones; et particula nisi, limitationem indicet, sive declarationem, semper tamen de eiusdem, easdemque per sonas concernentis, culpae prestatione sermonem esse, satis innuit. Anxie quidem Autor ille in periphrasi huius legis quam §. 42. dict. diff. exhibuit, laborat, ne obstent sibi ista verba, sed ita, ac priuata quidem autoritate, eam torquet, ut (quod de explicatione quadam Hottorianni dicit) clamaturus esset iste textus, si clamare posset; sed plura de ea re suo loco.

XXXVI

§. XXVII.

Nec obstant nobis, quas §. 6. dicit. diss. citat.

I. 49. π. de O. et A. et I. 157. de Reg. iur.

quod ex contractibus venientes actiones in heredes dantur, licet delictum quoque versetur

Nihil enim exinde sequitur, quam illud, quod heredes dolum quoque tutoris, de quo forsitan a veteribus ICtis dubitatum esse, concedo, praestare debeant, quod certi quidem iuris est. Deleui vero culpa plane hic nihil disponitur. Ast generalem tamen et hic constitutam esse regulam ait, quod heredum eadem, quae defunctorum obligatio. Recte quidem. Sed nulla regula sine exceptione. Et idem hoc de ea, quam §. XII, integrum dedimus

I. 8. π. de fidei, et nom. vbi dicitur
tale indicium in heredem tutoris transferri oportere,
quale defunctus suscepit.

dicendum est. Exinde enim non sequitur, legislatoriis ergo nulla potestas fuit, restringere hoc ad doli modo et latae culpae praestationem. Quod tamen fecerunt. Quinimo ea ipsa lex quodammodo etiam ratione doli subvenit heredibus. Agit enim de tutoris, circa denegatam instrumentorum tutelarium editionem, commisso dolo, ethocce quidem casu contra tutorem ad editionem, et ad omne intercise agi, eo que nomine etiam in litem iurari poterat; contra eius heredem vero, ob iustum, quam allegat, ignorantiam hanc actionem post mortem tutoris institui non posse, hic adstruitur. Igitur in ea quoque re mitior heredum, quam ipsius tutoris obligatio. Et ita equidem explico istam legem.

XXVII

gem. Vereor enim, ut violentissima, quam Autor in diss.
fua laud. §. 38. dedit, interpretatio locum habere pos-
sit.

§. XXIX.

Pergit Autor ille ad

l. 4. pr. et §. 1. π. de fidei. et nom.

quam supra §. XXII. allegauimus, et quae de administra-
tione heredis propria agit. Et hic quidem Vlpianum qua-
si indubitatum supposuisse, ait, quod ista actio eodem mo-
do aduersus heredes detur, quo data fuit in tutores, ne-
que presumendum esse, si forte in praecedentibus pecu-
liare quid circa heredes ex facto tutoris conuentos in
actione tutelae obseruasset, id omissurum fuisse Tribonia-
num. Nego vero priorem, nego posteriorem conse-
quentiam. Priorem, vpote solis suspicionibus fultam;
posteriorem, quia Triboniano criminis, si non semper, hic
certe verti non possit, quod singularem istam circa here-
redes tutoris dispositionem omiserit. Adposuit enim Di-
gestorum collectioni claram ipsius Vlpiani de ea re obser-
vationem

l. 4. π. de mag. conv.
dicentis

Magistratum heredes non similiter, ut ipsos, teneri,
quia nec heres tutoris negligentiae nomine teneretur.

Nec plura ad hanc obiectionem destruendam dicamus ne-
cessitate est, ipsam enim rem nos defendere videmus.

E 3

§. XXX.

Ast eam ipsam

l. 4. n. de mag. conv.

ut pote e diametro adserioni Autoris illius aduersam summis viribus ab eo oppugnatam et ita ab eo §. X. et XL. dict. diff explicatam inuenimus, ut sibi plane non sit similis. Primo nullam causam esse, ait, verba: *nam nec heres tutoris negligentiae nomine tenetur, de herede, ex facto tutoris conuento, exponere, sed potius explicanda esse de herede conuento ex facto proprio, ob verba legis paulo ante alleg. 4. de fidei. et nom: negligentia plane propria heredi non imputabatur.*

Verum enim vero, quomodo id exinde concludi potest: in l. 4. de fidei. et nom. agitur de culpa heredis propria. Ergo etiam in l. 4. de mag. conv. Praeterea, si nulla causa subesser interpretandi ista verba de culpa tutoris, certe nullam quoque causam obseruo, interpretandi ea de culpa heredis propria. Et quid? si dicamus, esse nobis e contrario iustissimas causas, ut illa de tutoris, non heredis explicemus negligentia? Adponam quae celeberr. Ant. Faber ad istum textum commentatus est:

Vlpianus ait, nec magistratus nec tutoris heredem ex defuncti negligentia teneri. Dixi: ex defuncti negligentia, ut eos refellam, qui, quod eo loco scriptum est, de ipsius heredis negligentia intelligendum putant. Quod si ita esset, parum recte ICtus heredem tutoris similem diceret magistratus heredi, cuius negligentia propria nulla esse potest. Parum etiam accommodate subiiceret: heredem do lo proximae culpae succedaneum esse.

Sed

Sed replicat dissertissimus Autor dict. diss. verba : *dolo proximae culpae succedaneus est, non impedire, quo minus hunc textum de culpa heredis magistratus propria explicemus; quum etiam dicat: magistratum, qui tamen ex facto proprio conueniatur, succedere in omne periculum. Ego vero omnino crediderim, absconam valde fore, si dicere vellemus, heredem magistratus dolo proximae culpae et propriae quidem succedaneum esse.* In propriam certe culpam succedere non possumus. Nam quod de ipso magistratu dicatur, quod in omne periculum succedat, valde accommodate dictum est, quum actio de magistratis conuenientis sit subsidiaria, et recte dici possit; magistratum succedere in omne periculum, tutoris scilicet, si non est soluendo. Si enim ab ipso tutori pupillo fatis fieri potest, cessat plane actio ista subsidiaria. Succedere igitur in culpam aliquam, illud sine dubio presupponit, quod aliena, non propria ista esse debeat. Sed denuo Autor noster, comparationem istam, ait, heredum tutoris et magistratus non esse omnimodam, et valde generalem et remotam. Concedamus hoc interim (non autem concedendum esse mox ostendemus) ipse tamen satetur esse in ista lege institutam quandam, qualiscunque ea sit, inter heredes magistratus et tutoris comparationem. Num vero in comparationibus ultra tertium, quod dicunt, comparationis est progrediendum? Tertium comparationis, respectu certe magistratus heredum est praestatio culpae defuncti (propria enim hic heredis culpa cogitari nequit). Quomodo igitur vero simile, et orationis praecipitis consentaneum est, Vlpianum hic dixisse:

Non similiter tenentur heredes magistratus, ut ipse tenentur, ex culpa scilicet magistratus defuncti, nam nec

136

nec heres tutoris negligentiae nomine tenetur; negligentiae scilicet plane propriae.
Quae sequuntur verba, clare etiam satis ostendunt, de culpa magistratus; non vero de culpa eius heredis sermonem esse.

Peruenimus nunc ad argumentorum Autoris laudabilem primarium. Inde interpretes praeprimis seductos esse, ait, quod putauerint in dicta lege comparationem instituit inter heredes tutoris et magistratus, eoque temel admissum facile sibi persuasisse legem. *i. Cod. de hered. tut.* loqui de culpa leui defunctorum; prius autem adseratum esse falsissimum. Primo enim maximam esse differentiam intuitu heredum conueniendorum, inter actionem tutelae et subsidiariam illam, de magistratibus conueniendis, ideoque comparationem inter has duas institui commode non posse.

Commode dicit, quod utiliter nos quidem acceptamus, quia aliqualem tamen eo ipso comparationem cogitari posse concedit, quod et hinc inde in dissert. concessisse perpicimus. Sed audiamus istius assertionis fundamentum. *Action* tutelae, inquit, est ex contractu, quales actiones etiam de dolo aduersus heredes transeunt; *action* vero subsidiaria est ex delicto, vel vero, vel quasi, quae actiones ex delicto aduersus heredes non dantur, nisi in quantum peruenit, aut liceat cum defunctio iam contestata. Ergo non poterat Ulpianus comparare eas actiones, quodsi tamen fecerit, comparatio ita non est genuina.

Ex

Ex contractu, vel quasi est, concedo, tutelae actio, ista vero in magistratus ex delicto, vel potius quasi ex delicto promanat. Hoc Vlpianum fugisse, quis crederet? Et tamen hasce duas actiones inter se comparat. Et recte quidem. Est enim actio tutelae ex contractu quidem, vbi tamen delictum quoque versetur, et inter eiusmodi actiones, et istas, quae quasi ex delicto veniant, exigua valde intercedit differentia, et optime earum institui potest comparatio, quam posteriores reuera nullo delicto, sed pari modo, ut priores, negligencia nitantur. Est igitur earum eadem fere natura ac indoles, ac nisi esset, posset tamen optimo iure, quod et fecit Vlpianus, ratione effectus inter se comparari, eoque maiori fundamento, quod et eadem in magistratus actio detur, quae competit in tutoris, uti expresse in

l. 9. Cod. de mag. conn.
dictum est. Quum igitur et istae, e diuerso plane fundamento (si alias vere quidem diuersum dici poterit) actiones in hac lege ratione ipsius tutoris, et ipsius magistratus comparentur, quomodo absurdii aliquid ei rei inesse, statuere possemus, quod et ratione heredum illae inter se comparentur, et in vtraque leuis culpae praestatio hereditibus remissa sit. Veniant vel quasi ex delicto, vel quasi ex contractu, sufficit, esse easdem, ratione effectus sibi plane similes. Est igitur lucidissima, optimaque ratione fundata legis nostrae dispositio. Dicit enim Vlpianus:

NON SIMILITER TENENTVR HEREDES MAGISTRATIVVM, qui nihil plane administrarunt, et qui ratione culpae in subsidium praestandae tutori plane similes sunt, et contra quos ad maiora, quam in ipsum tutorem actio competere non potest, denique qui non, nisi in sub-

F subsidium

XLII.

sidiū eo nomine conueniri possunt, VTI IPSI TENENTVR. NAM NEC HERES TUTORIS, qui tamen res pupillares administrait, et contra quem principalis; ante quam contra magistratus eriperiri possumus, datur actio, NEGLIGENTIAE NOMINE TENETVR.

Quid admodum duci possit, non video. Speculo quoque, fore, ut huic breui nostrae et naturali admōdum ad eam legem periphrasis libentiori forte animo subscribatur, quam isti, quae in §. XL. dictae dissert. datur.

XXXII.

Pergit Autor dictae dissert. §. 44. in defendenda sua opinione, nec aliquid ad rem facere, ait, quod etiam heredes magistratum de leui defunctorum culpa non teneantur, quia regulariter ne de lata quidem tenerentur; aut vello modo actione subsidiaria conueniri deberent. Concepit hic ipse, non semper actiones eadem qualitate in heredes dari, qua in defunctum dari solent, idemque etiam §. 38. et 39. concessisse perspicimus. Hoc igitur exemplum satis eum conuincere debebat, non esse rem adeo absconam, quod in heredibus tutoris idem iuris esse, leges voluerint. Quod enim quasi ex delicto sit actio ista subsidiaria, tutelae non item, nihil obstat videtur, quum non solum, vti supra euicimus, nulla fere sit earum differentia, et in tutelae quoque actione delictum veretur, sed ratione effectus pari passu ambulent, non solum ratione ipsius tutoris et magistratus, verum etiam ratione heredum. Et ipse Autor dict. dissert. eodem loco fateri necesse habuit,

nom

non esse adhuc rem adeo certam, an ex delicto veniat
actio subsidiaria, nec ne? Eamque ad earum, quae ex con-
tractu veniunt, relatam fuisse classem clare satis ex
alleg.

l. 9. π. de mag. conu.

vbi quod eadem in magistratis actio detur, quae com-
petat in tutores, eaque ratione actio ista subsidiaria et
iam ad earum, quae ex contractibus, vel quasi veniunt,
classem referri debeat, expresse euincitur, perspicere li-
cet; quam quidem legem legi 6. 7. et 8. eod. aperte con-
trariam esse statuit. De qua tamen re haud solliciti esse
cogimur, quum sufficiat nobis, esse sibi, si non ipsa natu-
ra sua, in effectu tamen, istas actiones plane similes.

§. XXXIII.

Eundem fere in modum iam supra §. II. disputauerat,
vbi *l. 6. de mag. conu.* explicare studet. Hanc legem ostendere,
inquit, dubitatum fuisse inter ICtos, an actio subsi-
diaria plane danda sit contra heredes eorum? qualis du-
bitatio commode circa quaestionem, an actio tutelae dan-
da sit contra heredes? esse non potuerit. Et opus fuisse,
Rescripto Diui Pii in ea re, ut actio ista contra magistratus
heredes institui possit, quum contra secundum

l. 8. π. fidei. et nom.

rescripto opus fuerit in liberandis heredibus tutorum, si
negligentia propria dominum dederint. Et exinde hoc
efficere conatur, extra omne dubium positum fuisse,
quod heredes tutorum eodem modo de culpa tu-
toris teneantur, vii ipsi teneantur. Posito vero, le-

gem hancce 8. de fidei. et nomi loqui de culpa heredis pro-
pria, exinde tamen, quod dicit Autor ille, non sequitur,
quum ab hoc ad istud non valet consequentia, et supra
iam §. XXVIII. ostendimus, istam legem minime de cul-
pa heredis agere; sed de dolo, a defuncto tutore circa
editionem instrumentorum commisso. Et in hac re con-
stitutionibus subuentum esse, lex ait, heredum ignoran-
tiae, ne scilicet tenerentur, quo rescripto omnino opus
fuit. Nisi enim de dolo ibi tutoris sermo esset, val-
de inconcurre. Ictus adiceret: hoc tunc obser-
vandum esse, cum post mortem tutoris heres con-
veniatur; non, si lite contestata tutor deceperit. Ex
eo vero, quod dicit, rescripto opus fuisse, ad discussio-
nem quaestioni: an heredes magistratus teneantur actione
subfidiaria? nihil infesti contra doctrinam nostram se-
qui. puto. Satis nobis sit, scire, competere. nunc istam
actionem contra heredes, et illud hao occasione admo-
nesmus, si hoh de ea redubitatum sit, an heredes tuto-
ris auctio[n]e tutelae teneantur, dubitatum tamen forsan
fuisse, in quantum teneantur, et ob leam breui hic quo-
que rescripto opus fuisse, quod famosa ista saepe a nobis
citata, illi eis omni[bus] tunc auctoritate exhibetur.

I. i. Cod. de hered. nro 2 apud cibinu[m] m[od]i

nobis exhibit. Et inde, quod nunquam negatimus, in-
volvi poterit, esse istam dispositionem singularem, ac
quodammodo a communi regula recendentem.

¶ q[uod] alterius regim s[ecundu]m §. et XXXIV. ad hanc & secundam mea
 questionem non nulli ratione nobis hec nomine abmixte. Et haec fere sunt, quae, doctissime ab Autore iussus
 dissertationis contra communem opinionem disputata
 sunt, ad quae clidenda, an a me adnotata aliquid roboris
 habeant? prudeatim libertissime submitto iudicio. Quum
 ramen saepe et modo allegatae coniuncte probabimini
 eni[us] ut i. Cod. de hered. int. immo[n]tio[n]e recipit ut p[ro]p[ter]o
 principem locum inter omnes in hac commentatione ex-
 hibitas leges occuper, faxque et tuba sit omnis contro-
 verbia, has nobis sit, integrum, quam Autor ille §. 42.
 nobis ad eam reliquit, peripherasm[us] huc adponere.

HERedes TUTORVM OBI[US] IN ELLIGENTIAM,
 QVAE NON DATAE CULPAE COMPARARI
 possent, sed ad culpam leuen referenda sit. Con-
 somit BE[AT]ERNARDUS TUTOR TERTIUS. Sed incaue, ne hoc
 non minimis crudel[iter] accipias, dum variae declaraciones hic
 sint notandas. Siquidem initio id procedit sal-
 tem de culpa propria heredum, et ex ea causa ita
 eis non iam CONTRASTY-
 TOREM LIS INCHOATA EST, siue lis illa sit so-
 lum fundata, siue etiam iam contestata. Deinde
 quod etiam culpam heredum propriam attinet, pos-
 sunt casus existere, vbi heredes etiam a leuis cul-
 pa praestatione non liberantur, scilicet si NEQUE
 EX DAMNO PUPILLI LVCRVM aliquod sit, et
 iam ex negligenti vel ignorantia heredis CAPTA-
 TVM, vt si ex bonis pupilli quedam retinuerit, pu-
 tans ea pertinere ad hereditatem tutoris, AVT SE
 ex bona intentione heridis, vt pupillo GRATIA

potentis alicuius acquireretur, aliquid PRAESTAT
TVM SIT. Etsi enim hoc casu heres peccet ne-
gligentia et ignorantia, ignorans videlicet; non li-
cere tutoribus ex rebus pupilli donare, negligen-
tia autem et ignorantia in administratione propria
ei non noceat, videtur tamen id vel ita intelligen-
dum esse, vt pertineat saltem ad omissiones here-
dis, non ad facta stricte dicta, vel certe, vt
excipientur alienationes bonorum pupilli.

Ast exhibeamus quoque datam ab eodem legis 4. π. de
mag. conv. periphrasim, hunc in modum conceptam:

Etsi ex constitutionibus heredes magistratum con-
veniri possint actione subsidiaria, NON tamen SI-
MILITER TENENTVR HEREDES MAGISTRA-
TIVM, VT IPSI TENENTVR. NAM etsi quis
vrgere velit, actiones personales aduersus heredes
eodem modo dari, vti dabantur aduersus defun-
ctos, non tamen id vniuersaliter verum est, quia
NEC HERES TUTORIS NEGLIGENTIAE pro-
priae NOMINE TENETVR, etsi de negligentia
propria tenebatur tutor ipse. Est igitur insignis
differentia inter magistratum et heredem eius, et
adhuc maior, quam inter heredem tutoris et tuto-
rem. NAM MAGISTRATVS QVIDEM IPSE IN
OMNE PERICULVM SVCCEDIT, i. e. negligen-
tiae quoque nomine tenetur, si non exegerit fatis-
cationem aut non exegerit sufficientem, HERES
autem IPSIVS solum DOLI ET DOLO proximae
culpae, h. e. latae, quae dolo inest, succedaneus
est, si videlicet magistratus in exactione cautionis
plane supinus fuerit.

Ne

XLVII

Né verbulum quidem ad ista dicere, sed omnia lectorum
dijudicationi submittere in animo est. Ea tamen, quibus
auctor ille ipse §. 47. vtitur, verba huc transcribere li-
bet:

Erunt, qui putabunt, si liceat verbis legum tot
verba inserere, quot a nobis subinde inserta sunt,
quamlibet fententiam, etiam legib⁹ plane aduer-
sam, ex qualibet lege posse elici.

Eccita omnino putandum esse persuasus sum.



Leipzig, Diss., 1779 K-2

X 237 1913

1779, 46.
13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Farbkarte #13

Green

Cyan

Blue

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
Centimeters
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

13

DISSERTATIO IVRIDICA DE CVLPA AB HEREDIBVS TVTORVM CVRATORVMVE TAM EX FACTO TVTORIS, QVAM EX FACTO PROPRIO CONVENTIS, PRAESTANDA.

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO
COD. P. P. O. ECCLES. CATHEDR. MERSEB. CAPITVL. CVRIA
IN PROVINCIA SVPREM. ASSESSORE NEG NON FACVLT. IVRID.
SENIORE ET ACADEM. DECEMV.

PRO SVM MIS IN VTROQVE IVRE
CAPESSENDIS HONORIBVS

A. D. IX. SEPTEMBR. MDCCCLXXIX.

H. L. Q. C.

DEFENDET

A V C T O R

ANDREAS GOTTLIEB HARTMANN
BVDISSAS.

LIPSIAE

EX OFFICINA LOEPERIA

